Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

teneat uiã mĩę. Qui ambulabat p uiã fictionis. uiã nunc tene
at puritatis. Ambulemus bene p fidẽ. ut p ueniamus ad speciẽ.
ubi erit gaudiũ nr̃m quia inplebit̃ in nob desiderũ nr̃m.

Lectio sci euangelii scd̃m iohannẽ.

In illo temp̃ Nuptię factę sunt in chana galileę. et erat mater ihu ibi. Erat

Omelia uenerabilis bede prbi

Quod dn̄s nr̄ atq; saluator ad nuptias uocatus non
solũ uenire sed et miraculũ ibidẽ quo conuiuas le
tificaret facere dignatus ē. exceptis celestiũ sacramentorq; figu
ris. etiã uera litera fidẽ recte credentiũ confirmat. Porro
taciani et marciani ceterorũq; qui nuptias detrahunt p fidia
quã sit damnabilis insinuat. Si enim thoro inmaculato. et nup
tias debita castitate celebratis culpa inest. nequaquã dn̄s
ad eas uenire. nequaquam eas signorũ suoq; interuis consecra
re uoluisset. Nunc autẽ quia bona ē castitas coniugalis. melior
continentia uidualis. optima p fectio uirginalis. ad conpban
dã omniũ electionẽ graduũ. discernendũ tam̃ meritũ singulorq;.
ex intemerato marię uirginis utero nasci dignatus ē. apro
phetico annę uiduę ore mox natus benedicitur. a nuptiarũ
celebratoribus iam uiuens inuitat̃. et hos suę p̃sentia uirtu
tis honorat. sed ad altiorẽ celestiũ leticiã figurarũ. Miracula
namq; facturus interea dĩ filius uenit ad nuptias. ut ipsũ
se ēe doceret. de quo subtipo solis psalmista precinuit. et ipse
tanquã sponsus p cedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas
ad currendã uiã suã. A summo celo egressio eius. et occursus
eius usq; ad summũ eius. qui et ipse quodã loco de se suisq;
fidelibus ait. Numqd possunt filii sponsi lugere. quã diu